



*Nigra  
Tlepatis  
Medicinalis*

RVTEX est Tlepatis non quod igneus sit, sed à facultate, qua igneis affectibus succurrendi pollet, nomen sumens. radici magna insitit, ac fulvo induitæ cortice, è qua proferuntur caules scniculacei, quadantenus sarmen-  
ti, linceis secundum longitudinem interstincti, ac pleni medulla. amygdalina folia, pau-  
lo tamen maiora. flores parui, candentes, ob-  
longique, calyculorum sebarorum forma,  
in capitula congesta. acria sunt folia, calidaq.  
& siccæ ordine fere quarto. Radix videtur  
principio amaritudinem quandam præ-  
ferre, quæ demum in dulcedinem finiat actem. Subtilibus constat partibus, ac dicto  
eittus vim suam gustata ostendit. Prouenit  
in calidis Ocapayocani, iuxta aquarum alueos.  
Hus decocti eius maturino epotatum, dolores  
quosuis tollit, etiam è lue Gallica profectos, si tamen mediocris vietus ratio in-  
stituatur. dolorem ventris ex frigore ortum sedat, flatus dissipat, yrinam elicit,  
cholicos iuuat, & pectoris ægritudinibus mirum in modum confert. folia appli-  
cata medentur gangrenis. succus eius, & Temecatl iuuant conceptionem.



CHILLAPATLIS frutex est radici insistens fibrata, folijs roseis, floribus coccineis, binisque iuxta singulos foliorum exortus, vniuerso caulis procursum. Prouenit in calidis Hoaxtepecensibus, & Yacapichlensisibus, vbi eius explorauimus vires. Calida, & siccæ ordine tertio tempe-  
rie constat. dolorem ventris, si deuotetur, sedat. & cum Chillatoli folia pugilli mensura, pectori mirum in modum pro-  
delle feruntur. quin si exhibeantur his qui febrem quartanam patiuntur, breui ab ea liberantur.



COPALXIHVITL frutex est. quatuor dodrantes longus, mul-  
tos proferens ramos; caules lignos, paulisper fuluos; folia Ocyti, sed ob-  
rotunda, infernè squalentia, supernè ve-  
rò viridia, rara, & aliquantipper serra-  
ta, & baeccas rubescentes. odorem sua-  
uem spirat, ac Thymi saporem præfert.  
Nascitur Teotihuacani, iuxta tesqua-  
asperaque, & saxosa loca. Calidus est,  
& siccus ordine tertio. febrium arcit  
typos, ac succus expressus confert oculis.



HOITZIT XILXOCHITL Origan-  
ina, frutex est ab una radice multos  
proferens caules, & ramos lignos, & in his  
Origanii folia, vnde est illi impositu cognom-  
en, flores coccineos incuruos, teli quod  
Alabardam vocant persimiles. Odor est Sal-  
uiæ, saporq. amarus. temperies ordine tertio  
calens, atq; siccæ, partiumq. tenuium. Sunt  
qui dicant, punctis auxiliari, corde fortassis  
roborato, & humore per meatus corporis  
expulso, aut proprietate quadam occulta &  
incerta. peculiare est eis flatus discutere,  
iuuare coctionem, perfrigeratis membris  
mederi, dolores à frigida cauſa ortos sedare,  
ac intestinis retentas emundare feces.

Pleraque herba Pulagio, Salvia, Origanum,  
Mentha, Thymo, Ocyti similibusq. congeneres  
sunt aromaticæ, boni odoris, saporis acris, vel  
amari. vnde etiam ex illis oleum destillatione  
extrahitur, fragrantissimum, & acerrimum, quod aptum est per sudorem quicquid in  
corpore noxiū est pellere, concoctionem iuuare, atq; adeo cor ab omni veneno defendere.

De TLACOXILOXOCHITL flore Barbato. Cap. V.



**T**LACOXILOXOCHITL, quem alij etiam Xiloxochitl, alij vero Tentzonxochitl, seu florem barbatum vocant, alij Tlamacazcatl, alij Tepejoxochitl, & Tlakxiloxochitl appellant, suffrutex est folijs Mizquil, floribus comantibus, capillis longis, & coccineis similibus, prodeuntibus ab acinis orbicularibus & rubrescentibus, radice fibrata, extra fulua, & intra, cum secatur, rubra, rubris stipitibus, & fuluis sanguinis. Nascitur in planis, montosisq; locis, & interdum iuxta aquarum fluentia. Cortex radicis, siccus, & adstringens est, & nonnihil glutinosus, calidaq; ordiné tertio constat natura, & sapore acri. Tusi flores, & immixti aquæ, & instillati, oculorum morbis mirè opitulantur. nam inflammations cohident, adnascentem carnem absolumunt,

&amp; di-

& discutiunt argemata, radicis quoque decocti eporum ius, aut infusum, fistit fluentem aluum, & prodest dysentericis, sopitan excitat appetitiam, satietatiq; medetur. Sunt etiam qui dicant, pectus lenire, aluum soluere, bilem vacare per superiora, & sufficientibus quoque esse remedio.

Fila huius floris per totam longitudinem depicta, sunt colore coccineo, in summo autem sunt flavi coloris, siliques luteæ sunt, eius nemp̄ coloris qui in Hedera lutea conspicitur.

De TLACOXOCHITL, quam alij TZONTLATLAVHQVI, seu capillis rubeos vocant. Cap. VI.



**N**OMEN secundum inuenit suffrutex hic à tenuitate, colore, & forma comantium in summis virgis florum. stipites plures à fibrata radice profert, folijs Lini longiusculis, & angustis, ternis quaternisue, per modica interualla ornatos. Radix amara, & odora gustu est, calida siccaque ordine tertio. Ius decocti eius medetur dysenterijs, & confort doloribus articulorum.

Flos rubedini coniunctam habet albedinem.

De XONEQVILPATLI. Cap. VII.

**X**ONEQVILPATLIS frutex est radicibus insistens surculosis, è quibus edit caules folios, & in eis folia Salicis, sed tamen minora, & angustiora, flores pallescentes, paruos, calycolorum figura. calida natura, tertio gradu constat, siccata, & adstringenti, atque vrenti guttur, quamquam initio dulcis appareat, Glycyrrhizæ sapore, & nullum pene sensum caloris praebens epota. Folia tusa, ac soluta ex aqua, semiunciaz mensura, articulorum dolores, & quosvis alios à causa frigida ortos mitigant, & eos qui oriuntur ex tensione. sudores elicunt, neruos imbecilles corroborant, & omnibus pene morbis contendunt mederi, qui à frigida causa sint orti. & fortassis idem est cum Miquipatl.

*De Tlatlacotio Tepoztlarenensi* Scabiosa fruticosa purpurea Mexicana. Cap. VIII.



**F**RUTEX est *Tlatlacotio*, qui radibus firmatur surculorum instar, extra nigris, & intra candidis, multos proferens stipites, teretes, & aliquantisper purpureos, asperos, & prælongos; folia Limonis, maiora tamen, raris per ambitum ornata scissuris, ac interueniis secundum longitudinem discurrentibus insignia; flores luteos, & orbicularis. Nascitur montibus *Tepoztlanicis* *Tlaltepecensis*, & *Tacapichtlensis*. Radix est acris, odora, subtilium parrium, calida, & siccæ ordine tertio natura, & ventrem libet, dolentibus, tumentibusque impensè vitibor, et cunctis illatibus. flatum siquidem discutit, aluum exibit, & nslug purgat, atque ita dysentericis dicitur.

*Capitula Scabiosa* sunt similia eqq. in genere reponi debere indicant ceteris non reclamantibus, vnde nomen nostratisbus deduximus.

*De Yztacpatli*  
*Tepexcensi* Hoximo. Cap. IX.



**Y**ZTACPATLIS *Tepxicensis*, quem alij *Tlanoquilonipalii*, *Mexicanenses* Hoximo vocant, frutex est folijs parvulis, pennis auium similibus, aut illis si maiuis *Tlalmizquitli*, & luteis floribus. Nascitur in temperatis *Tepoxicibus* locis. acris est, calidaque & siccæ ordine tertio constat temperie. cortex radicis tritus, ac drachmæ viius mensura deuoratus, omnes humores, sed præcipue pituitos purgare dicitur; atque ita dissipare bubones, vnde postremum nomen.

De

*De Acvioltl*, seu Volubili Aquatica. Cap. X.

**A**CVIOLT<sup>L</sup>, seu planta volubilis, prope aquas proueniens, haud præter rationem à Mexicanis *Acviolt* vocatur, quando humidis aquosisque locis nasci consuevit, repatque per terram, aut propinquis arboribus conuoluantur. Sunt verò illius duæ species colore tantum floris, ac nomine distantes, & foliorum amplitudine. prior enim flores fert candidos, & folia paulò minora, vocaturque *Acviolt*. alterius vero flores pallescent, & folia maiora sunt, diciturque *Cozicacviolt* à luteo colore florum. Stipites uterque profert rotundos, purpureos, lignos, fragiles, & tenues, lenta farto medulla. flores *lequioxochit* caudidos, vt diximus, & pallescentes, nec absimiles odore, & forma, floribus *Rosæ* illius que à recentioribus sub Moschatæ nomine circumfertur, cui hic frutex totus non omnino dissimilis est. Folia

sunt Rubi, sed minimè serrata, nerueis discursibus recte secundum longitudinem discurrentibus, & odorem Cucumeris fert præferentia. flores in odoramenta, & corollas veneunt, floridosque manipulos Indis pasim consuetos, ac familiares. è quibus ignis beneficio, stillatitia extrahitur, quæ valde odora sit, & iucunda. Temperato aut paulò frigidiore Cœlo exultare solet. Folia sunt amara, & tertio fere ordine siccæ, & calida. quamobrem deuorata pugilli mensura ex vino, flatum discutunt, rusaque & admota, contracta membra laxant, ac tumores præter naturam resoluunt.



## De HVITZ TOMATZIN, seu TOMAL spinosa Cap. XI.

**H**VITZ TOMATZIN, quem alij Huitz Tomal, alij vero Neixpopoallom, seu oculos extergentem vocant, frutex est crassæ & surculose radici innixus, unde profert stipites spiniferos, quatuor durantum, & in eis folia quadantenus v-



cata Spinachæ similia, inferna parte hirsuta, & subalbescens; purpureum. florem non sine luteis quibusdam capillatis idamentis, ex quibus sunt fructus cerasi candidis similes. Nascitur in frigidis, ac humidis regionibus *Temucacensis*, & *Amaquemeccensis*, in planis, & campestribus. Radix est amara, acrisque, & tertio fere calefaciens ordine. eiusdem cortex semiunciae mensura tuisus, atque ex aqua dehydratus, omnes humores vacuat per inferna. atque ita febribus, & difficultati respirationis, & hydropi mi-

## De XIVHQVILITL PITZAHAC, seu Anir tenuifolia. Cap. XH.

**X**IIVHQVILITL PITZAHAC, seu Anir tenuifolia, radicem vnicam fundit, è qua multi prodeunt stipites, sex cubitos longi, ac minimum digitum crassi, coloris cinerei, teretes, atque leues; folia similia Ciceris solis. flores parui ex albo rubrescentes. siliqua aceruarim appensa cauli ascaridibus crassiusculis, vermiculisq. similes, plene semine nigro. Frutex hic amarus nonnihil est, & legmina quadantenus respiens, acris; calidaque, & sicca secundo ordine natura. Pulus eius antiqua vlera sanat, abluta tamen prius vrina. quo fit, vt *Palancapatis* multis vocetur. dolorem & calorem ingentem capitum puerorum folia constuta, admotaq. dicuntur extinguere. re-

soluta ex aqua, atque illita, cerebrum.

## NARDI ANT. RECCHI LIB. IV.

Fit ex eisdem pigmentum nuncupatum ab Indis *Tlachcoili mehuilue*, quo capillos atro colore tingunt. Nascitur sponte sua in calidis regionibus, campestribus, montosisq. locis. et si aliqui in herbarū genus referant, frutex tamen videtur duos annos viuens, viuaxq. persistens. Parandi pigmenti, quod Latini Cæruleū vocant, Mexicanī vero *Mohuitli*, & *Tleuhuilli*, hic est modus. Folia incisa, in ahenum cortinamuè feruentis aqua, sed iam ab igne seposita, tepentisque, aut melius, (vt rei affirmant perit) frigescens, neque ignem experta, coniunctiuntur. coniunctiunturq. vehementer ruris, ac paulatim aqua infecta transfunditur in testam, aut dolium. & tandem per foramina paulò sublimiora effuso humore, quidquid è foliis decessit, permittitur residere. Fex illa pigmentum est. siccatur id sole, & sacco cannabino percolatur. mox efformantur paruae rotæ, quæ catinis superpositis carbonibus, solidantur, ut recondi tandem queant in annuos usus. Seri quoque apud Hispanos integrum esset, calidioribus nempe regionibus, qualis est Betica, aut alia ex his quas alluit mare, seu campestribus, seu montosis locis, in areas latè puluinatas sparso semine illius, Lactuca more, mense quidem Ianuario, si clemens sit, aut calidum cælum, solumq. venum, & irriguum. si minus, Septembri, Octobrue, & tempestivè in liberiiores campos, sicut ipse quoque paruae Lactucae solent digesto, atque transposito. farritis tamen nouellis plantis, vindicatisq. à noxiarum herbarum tyrannide, quoties illæ nimium lasciuiere, & tandem euulsis, & accommodatis usui.

## De XIVHQVILITL PITZAHAC altera. Cap. XIII.

**E**ST & alia codem nomine planta, *Xiubquilil pitzahac* dicta, quæ cæruleo quoque tingit colore, sceminarumq. denigrat capillos. magnitudine tamen & forma, à prædicta diuersa. Frutex siquidem est mediocris magnitudinis, multis insistens radicibus, surculosis, fibratisq., vnde multi prodeunt stipites cinerei. Folia Piperis longi aliquantò maiora, nerueisq. discursibus, secundum eorum longitudinem dilcurrentibus. & flores capillacei, candentes. Frigida, & humida constat natura. parandi pigmenti modus est utriusque idem. & deterior huius tinctura, atque ideo de satu nihil.

## De Sacchari Arundinibus, interpolandi ratione, atque satu, ac de modo extrahendi Saccharum. Cap. XIV.

**E**TSI non tantum Canariensibus, sed Haitinis quoque, & nouæ Hispanæ colonis, quarum regionum res medicas omnes scribere animus est, Sacchari Arundines aduenescunt, & eorum regionibus frequentes; tamen quoniam apud Canarios sum eas primum conspicatus, libuit inter eorum plantas numerare, atque describere. Prouenit ergo in planis, montosisq., sed fertilibus, irriguis, calidis, ac præcipua diligentia cultis. magnæ Canariæ locis, iuante natura soli, colonum solicitudine & cura, Arundinum, ex quibus saccharum solet exprimi, ingens copia. vnde uberrimus eximij illius liquoris prouentus contingit. Rigandæ sunt ha bis, terè singulis quibusque septimanis, neque

K legni-

111 segniter expurgandæ, atque farriendæ. atque ita post duos integros annos, in debitam assurgunt magnitudinem, quæ raro denos dodrantes superat. solida intus ( à qua saccharum extorquetur ) referta medulla, nec longioribus ternis vncijs distinctæ internodij. folijs verò prolixioribus, & virentioribus, ceteris calamis. Seruntur è fructis earundem, germinibusvè transuersim iacentibus. & quæ primò assurgunt, plantæ vocantur. quibus ad vñus amputatis, nascuntur alia, sesquianii spacio iustum magnitudinem adeptæ. quas vocant *Cocan*. deinde anni vnius interuallo, quas *Recoan*. & hæ seruari solent ad satum. nisi adeo fertiles esse contingat ob terræ commoditatem, & solerter cultum. *Sacchari conficien- di modus.* vt saccharo exprimendo idoneæ sint, atque alia quarto demum prodeant, quæ satui videantur sufficere. Contunduntur hæ troclea, binos, striatos, vastosque rotante axes, alterum alteri impositum. & postquam minutum sunt concise prælo comprimitur, haud diffimili ijs, quibus nostri orbis incole musta extorquent ab vnis. Fluens succus per appositum canalem procedit in vocatum. *Tangue*. quo referro transfertur in ahenum à recipiendo cognominatum. Succo huic mellivè, ius vocato, miscent duo aut tria colearia magna, quæ *Pombas* vocant, lixiuij fortis, quod in eum vñum paratum habent. feruer paulatim, cortina donec rufus *Tangue* ferè referciatur pro capacitate aheni. Tunc despumant, auferuntq. craslas, & immundas sordes, quas *Cachazar* vocant, deinde in reliqua ahena transfundunt. vbi bullire permittitur, donec exquisitè emundetur, addito paulatim lixiuio, quo exciteretur spuma. Eundem succum iam in mellis naturam coactum, transfundunt in *Tangue* per colatorium, donec impleatur. inde transferunt in dictas *Tachas* paruvè ahena, quæ tria sunt. vbi in maiorem spissitudinem coit, haud aliter quam in tribus prioribus cortinis, in quas paulatim transfertur liquor. augetur sensim suppositus ignis, atque lixiuio. eorum verò quæ *Tachas* vocant, quatunt solum tertium. & ne ferueat, atque effundatur liquor, butyrum vaccinum, aut oleum inspergunt. Inde postquam in debitam spissitudinem mutatus est, transferunt in vocatas *Formas*. mox implant subzellum arundinum excrementis, collocantq. formas aqua abundè madentes. & obstrutis foraminibus, effundunt in singulas formas sextarij liquidi mellis, quod *Lentum* vocant. postrema *Tacha*, sine ahenum in nouem digeritur formas. & has quatunt artifices spatula lata ligneaque, ac replet paulatim, exhaustum instaurantes liquorem. Sequenti die transferunt formas in loca dicta expurgationi. & amouentes subscudes, eiidem foraminibus saccharum perforant, permituntq. expurgari decem duodecimè dies, pro temporis more. deinde malleo quatunt formam, atque ita si quid excrementi est, extrahunt, experiunturq. an satis sit expurgatum. Quæ exactè mundatæ sunt, reconduntur in formas, addito luto. quod non aliter inuentum est, quam gallinis quibusdam, pedibus eodem infectis, formas conculcantibus, ea parte sacchari, quæ conculcata est, mirum candorem contrahente. Quæ verò non, permisæ quantum satis sit expurgari, tandem illiniuntur luto. & eo tempesiè detracto, aliud secundo adjicitur. nec additur tertium, ne saccharum vniuersum liquefacat, & effundatur. et si interdum ter lutum adhibere necessarium sit. Saccharum ita paratum, vocant *Lealdado*, & alio nomine *Masculum*.

Nec

Nec maiorem admittit interpolationem; et si quod minus candidum est *Maz-*<sup>I. Saccha-  
rum Leal-  
dado, vel  
Masculum</sup> *canado* nuncupetur. quod tamen, si libeat exquisitus interpolant. Est & aliud *Spumas* vocant, quoniam ex spumis ahenorum omnium soleat dictum. parari. Hæ quando extrahuntur, tendunt eas in ahenu *Tanquerre*, aut dolium, II. *Spumæ* ac deinde emundant in aheno, interpolantque, veluti saccharum. Sunt & vocatae *Respuæ*, postremum vè saccharum. quod fit ex spumis haud aliter, quam reliquum dicta *Panella*. *Panella* verò fiunt melle, quod fluit à saccharo per inferna. nempe inferiore, atque deteriore respumis. eodemq. interpolatur modo. III. *Panel* Quæ omnia sacchari genera, soli exposita, demum in vñum reconduuntur. Itaq; quoddam est genus mellis, vnde fiunt panellæ. Aliud, quod *Decaras* vocant, fluit à saccharo, cum iam luti beneficio expurgatum est. Tertium verò, quod fluit à panellis, at mellatum dicitur saccharum ipsum, priusquam concrecat. Sed ramentum mel est, quod adhæret canalibus quibus expurgatur saccharum, ex quibus parant mel, panellæ, aut, quod vocant *Refinado*. Vasa autem, atque *Refinado*. instrumenta, quibus saccharum interpolatur, sunt *Pomba*, seu colearia ænea decem duodecimè, plus minus, capientia sextaria, manubrijs lignicis anhexa, quibus melligenem ab ahenis in ahena transfundunt. *Despumatrices* sunt lamina Mediolanenses, cribri modo perforate, nec sine lignicis manubrijs vnam longis, veluti illa *Pombarum*, quibus melligenem extergunt, & emundant a spuma. *Remillones* sunt quædam colearia ænea, tres quatuor vè capientia sextarios, in funditum lixiuio deseruentia, vt ita deinde spatula saccharum commisceatur. *Spatula* verò lignum est quatuor digitos latum, & ternas spichamas longum, quo agitant saccharum contentum formis positis in tendali. *Formæ* sunt vasa fistilia, infernè perforata, vbi expurgatur saccharum, accipitq. formam. vnde nomen. *Tendali* est subzellum plenum ramentis Arundinum, vbi collocantur formæ. *Viradera* dicitur lignum rotundum, cui ferreus mûcro additus sit. eo enim excavantur in ramentis sedes, quibus locentur formæ. *Paraliero* dolium magnum collocatum prope *Tachas*, in quod melligo, quam *Mellado* vocant, coniicitur, & inde in *Tachas* rufus extracta transfertur. *Tachas* sunt ahena modica, & in trianguli formam locata. quarum ultima, alam haber vbi saccharum agitatur. *Normalles* nuncupant fornaces, quibus impoundunt ahena. *Reparitora* cochlear est ligneo insitens pedi, feliquidram longo, quo transferunt saccharum in formas, cetera Pombis simile. Lutum verò quo expurgatur saccharum, vocatur *Mazapæz*. quod genus creta est, aiunt, squalido colore, sed nonnihil in plumbeum tendente, humilibus locis, & penè palustribus reperi solitum. quod expositum soli, in annos vñus feruant, ne imbre per anni decursum decadentes, impedimento esse possint. Cum verò eo vñendum est, projicitur in cortinas, lapidibus & calce constructas, addita aqua donec ex ea resoluatur. agitantque, atque commiscent pala quadam magna, utrisque manibus mota. & itarim colant, ac per cribrum æneum transmittunt in aliam cortinam. lutum quod primo additur saccharo, liquidius est. secundum verò nonnihil spissius, quorum vtrumque ex humoris maiori, minoriq. copia constat. Audio nasci sponte sua apud Argentarium, quod vocant, flu-men, Arundines sacchari, arborum magnitudine, quibus ( quod dixerat Pli-

K 2 nius

nus in veteri quoque Orbe euenire) vi foliis expressi sacchari orbiculi, suprema parte adhaerentia. Et haec de saccharo, quoniam video latuisse superiores, mihi obiter dicta luncto.



*De AXIXPATLI TEXAXA  
HVACENSIS. Volubili quin-  
quelatera. Cap. XV.*

**V**OVLBILIS frutex est *Axixpatli Texaxahuacensis*, radici ininxus surculosae. è qua profert caules farmentosos quinque laterum, & folia vitiginea. amaro constans sapore, & calida natura. vrinam euocat succus epotatus, & istericis mirum in modum confert. Nascitur iuxta aquas calidaram regionum.

*De ECAPATLI, seu parua Sam-  
buco. Cap. XVI.*



*Casa de Moctezuma*

**E**CAPATLIS, quam alij *Tlaloa-*  
*xiz*, alij *Totonaxi hoitl*, seu calidam  
medicinam, alij verò *Xomo tomli*, seu  
paruam Sambucum, alij verò *Xiopatl*  
vocat, frutex est hispidus, folijs Amygdali.  
fipitibus lenti, purpureis, tenuibus,  
& teretibus. floribus luteis, mediocribus,  
in extremis ramorum flagellis ex quibus  
siliqua oriuntur tenues, teretes, longæ,  
& maiori ex parte purpureis granulis  
Lenti similibus, minoribus tamen, refer-  
ta. odore est graui, sapore amaro. Pro-  
uenit in locis campestribus regionum cali-  
darum aut temperatarum. quamquam intra domos quoque, & viridaria, remedij  
caussa soleat coli. Calida & secca natura

con-

constat, & nonnihil adstringenti. Tumoribus medetur, ulceribusque, & aurium dolorem sedat. Iacuementibus infantibus auxiliatur eius folia, si contusa apponantur ventriculo. admota verò illataque, capitis dolorem leuant, & vniuerso corpori applicata horrores febrium, aut pugilli mensura detorata. Sunt qui dicant sic quoque satierati mederi, & lepræ, testa prius corrasæ, quam Indi *Xiotl* vocante, lichenibusq. impositam auxiliari.

*De HVITXIQUA. Cap. XVII.*



**Q**UAM Michuacanenses *Huixquahuitz*  
vocant, Mexicanæ *Xoxocapatl*  
nuncupare solent. Est autem frutex  
folia fundens oblonga, ferrata, & amplitudine  
mali Medicæ; insertis tamen quibusdam  
minoribus. feminæ vero, ac flores iuxta  
foliorum exortus in aceruos congestæ.  
Nascitur calidis, atque humidis locis, quales  
sunt Mexicanæ. folia calida, & secca, & pau-  
lisper adstringenti videntur constare natu-  
ra, & Stoechadæ quadantenus olere. Pul-  
uis eorum, medetur nomis, & depascentibus  
ulceribus. tumidam faciem curat, & impo-  
itus capiti, obsistit defluxionibus oculis af-  
fundentibus tenebras. naribus verò infusus  
fluxum sanguinis cohibet. & medetur dy-  
fentericis. tumoresq. præter naturam, aut  
discutit, aut maturat, aut aperit. Succus in-  
fusus confert oculis suffitius iuris decocti  
eius, & *Iztauhiatl* aduersus articulares do-  
lores, & quasvis alias frigidas noxas præsentaneam fert opem.

*De NACAZCVL, seu TOLOATZIN ab alijs dicitur;  
Datura altera Mexicana. Cap. XVIII.*

**N**ACAZCVL, qui ab alijs vocatur *Toloatzin*, est species *Tlapatl*  
*huexot Zinensis* Prouincie alumnus. estque frutex caules Ficulneos  
proferens, radices candidas & surculosas, folia vitiginea, odoraque, mollia,  
pinguis, & hirsuta. Fructus aculeatus est, ac demum spinas exuit, obrotundus,  
& in quatuor portiones, Melopeponis instar, diuifus. Semen est fuluum,  
Raphanino simile. Nascitur ubique in ruderibus, & maceribus *Pahuathanensi-*  
*bus*, & habetur ab indigenis ad nonnulla incommoda reparanda magno in pre-  
tio. Semen siccum, tritumque, & resine immixtum, perfracta offa mirè sol-  
lidat, & conglutinat, ac reducit luxata. Adiungunt Indi supernè aium pen-  
nas, & tabellis coércent, ducuntq. ægrotantes in balneum aeneum, quod Te-

K 3 maz-

marcalli patria lingua vocare solent. tories repentes huiusmodi medicamentum, quoties viderur expedire. quaterna folia tusa deuorantur ex aqua contra totius corporis dolores, è Gallica etiam lue profectos, aut cum Chilli luteo illiniuntur. Cauendum autem ne excedat pondus, quoniam alienationem efficeret, & variae, vanæ, imaginationes viderentur obseruari.

Nacazcul est species *Tlapati*, sive *Datura*, que ipsi *Hyoscyamo* est congener, rafsum Daturæ videtur quidem diuisum esse in quatuor partes, sed quando semen maturuit, duabus tantum partibus membrana haret ipsi pomo, & rimique vero multa harent semina in crassa & fungosa substantia, sicut etiam in *Hyoscyamo*, & *Tabaco* evidere licet. narcoticam vim Medici plerique adscribunt frigori, non animaduertentes omnia narcotica esse odora & calida, & ut etiam purgant. si Papaver etiam purgar, si semina eius non omnino maturi deuorentur, & ut mihi retulit sibi experientia compertum vir Clarissimus Theophilus Molitor *Lynceus*, professor Ingolstadiensis designatus Medicus, rerum naturalium diligentissimus rimator, sicut omnia Rapacea facere solent, & nihilominus est narcotica. nec opus est ad frigidas partes que insunt confugere. nam oleum vini utpote distillatum, nihil frigoris continet, & difficile fuerit in Nicotiana partes frigidas inuenire. Taceo vini vim Narcoticam que omnibus est notissima. Itaque aliunde vis pender narcotica. ex fumis nempe, qui magna copia e pinguisbus iſiu, & facile sumi antibus in cerebrum euhantur, spiritusq. animales ne sufficienti quantitate pariibus subiectis influant, impediunt. In lehargo certe caput apertum, & membrana cerebri, eiusq. substantia inflammata reperiuntur. Id obseruauit non semel tantum, Excellentissimus D. Ioannes Faber *Lynceus*, simplicarius summi Pontificis, collega & amicus meus singularis, in cuius adibis & contubernio bi mei commentarij nati sunt. quod euidenter conuinicit, somnum illum non à frigore, sed à calore orum ducre. *Vanus* autem est illa metus qui a multis faculis Eius, eos corripuit in usu debito narcoticorum, cum universus Orients & Meridies impune & quotidie utatur Opio, *Datura*, *Bangue*, & similibus, & noui Orbis incole, quos hodie Nauta septentrionalis imitantur, fumum *Hyoscyami*, sive *Tabaci*, cereberrime hauriant. Noxa vero ex nimia dosi, nunquam est tanto cum periculo, ac si quis in purgando debitam excesserit mensuram. Dolendum est infinitos mortales, dolorum cruciatus perire viuis huius medicamenti ignorantia, qui orco eripi possent, si medici, consensu toto Orbis persuasi, se sepius vterentur.

De *TOTON CAPATLI* *Syringa lutea*. Cap. XIX.

*TOTON CAPATLIS* frutex est stipites ramosq. cauos proferens, pureos, refertos lutes floribus, ac visu spectandis. qui initio, cordis ostendunt figuram, mox verò hiant in stellulas, quinque concinnatas folijs. ex his vascula erumpunt, in quibus semen nigrum clauditur, exileque. Radices surculosæ sunt, & folia Pyri. quæ primo gustu apparent acidæ, postea verò planè amara sentiuntur. quamobrem, calida siccæq. & adstringenti constare natura, est iudicandum. Illita corpori, frigoribus rigoribusve accessiōnum, narrantur mederi, enixas roborare, compescere dyarrioas, satietatem pellere & dysenterias curare infusa, ventriq. admodum, aut semivnicæ pondere deuorata. præcipue si cum radice *Tacocoçauh* qui permixta sint.

Flos ipsi *Blataria* videtur similis, flavis quidem extra, sed versus centrum erubescit.

De *TOCIZQVIVH*, seu *Majlo* torrido, & calido. Cap. XX.

*RVTEX* est *Tocizquiuh*, folia ferens Chamaedrios, ferrata, pingua, & internè squalentia, hirsuta, aspera, graui odor. radicem crassiusculam, fibratamque, & sensim gracilescenrem. flores vero longos. Prouent in vallis, ac ripis fluminum. *Meztetlani*. tertio fere ordine calida, atque exiccanti temperie constat. ori ventriculi si apponitur, veterinos affectus curare dicitur, & feminas illorum gratia tabescentes, sanitati pristine restituere. & ius foliorum infusum, mederi dysenterijs.

Folia ad *Urtica* similitudinem vergunt, subitus etiam viridia. flos longissimis pediculis inquit, corymbiferis quasi simili, color luteus.